



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

42. Impubes ante 14. annum nondum completum vovit religionem ingredi,
facto pubere moritur Pater, & legitimus curator ei constituitur, quæritur,
utrum possit curator votum illud irritare? Et an hoc ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

nius Beia in summ. part. 1. cas. 49. & alij, quos assert Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 9. num. 12. in 4. argum. afferentes dubitante puerum de rationis vñ dum vñ, minimè teneri; & hanc opinionem probabilem esse docet nouissimè Castrus Palauus tom. 1. discur. 3. punct. 11. num. 4. & ego etiam probabilem esse iudico. Sed si quis state vellet in prima sententia, aduertat cum Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 6. n. 7. quamvis ex vi circumstantia ætatis votum factum post se penitum presumat validum, quia in ea ætate ius præsumit vñ rationis; nihilominus tot posunt esse in cœnitium coniectura, ut prævaleant contra præsumptionem ætatis. Imò licet aliquando coniectura non sufficiat ad formandum iudicium probabile defectu vñ rationis, posunt tamen efficere rem dubiam, ita ut saltem aequivaleant præsumptioni ætatis, & tunc votum non obligabit.

Sup. hoc fupra in Ref. 23. §. 1. & in aliis clus annos.
Sup. hac refectione, & diff. seq. in hoc & in §. 1. proposito cum eodem Suar. & Sanchez tantum, & in to. 4. tr. 2. Ref. 78. §. 1. po. t. medium vs. Deinde. Et pro vlt. diff. hojus Ref. cursum supra in fine ref. 13.

4. Notandum est etiam hic obiter, quod quando quis est certus se emisisse votum, v. g. castitatis, sed dubitat an habuerit animus se obligandi, tenetur servare castitatem, quia possestat pro voto; nihilominus tale votum non censetur reservatum Pontifici, quoniā cū referatio sit odiosa, est restringenda ad caus certos. Et idem dicendum est in casu nostro, quando scilicet quis vñuptio septentio, sed dubitat, an tunc habuerit vñ rationis. Ita Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. cap. 26. num. 6. Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 40. numer. 26. & cap. 44. numer. 3. & alij.

RESOL. XLI.

An in dubio, vñrum vñrum sit emisiss ante pubertatem, aut post minorem ætatem, posse Pater illud irritare? Idem dicendum est de turoribus, & curatoribus etiam in casu, quod dubium sit circa tempus subiectionis; v. g. si viror dubitat, an ante matrimonium emisit vñrum; aut seruus, qui aliquando fuit liber, an tempore libertatis, &c. & pupillus aliquando caruit tutor; & minor, qui aliquando caruit curatore, an tempore suis iuris, an post subiectionem illi vñrum fecerint. Et quid, si dubium est, an vñrum sit confirmatum ab impubere, transacto subiectionis tempore? Ex part. 4. tr. 3. Ref. 37.

§. 1. **N**egatiā sententiam docet Ioannes Salas in 1.2. quest. 2.1. tract. 8. disp. 2.1. a, sect. 25. num. 261. & 262. vbi sic asserit. Quando dubia est potestas irritandi, vel dispensatio vñrum aliquod, vel relaxandi iuramentum, etiam si quis quantum in se est dispensare, commutare, vel irritare, vñrum tamen, aut iuramentum implendum est, quia obligatio certa non tollitur dispensatione, commutatione, vel irritatione dubia & incerta: vt si dubium sit, an vñrum personale emisiss sit ante annos pubertatis, & vñrum reale ante annum 25. non potest ita irritare pater tale vñrum, vt filius illud non seruans, sit tutus in conscientia. Confirmatur primo, nam filius non est in possessione certa sive libertatis, quin imò vñrum ipsum quodammodo est in possessione certa, quia certo obligat; ergo in dubio de irritatione non est melior filii conditio, sed adhuc tenetur implere vñrum. Confirmatur secundò, quia dubitans an tempore contractus minor fuerit, ius non haber refrendi contractum nisi probet se fuisse minorem. Ergo, &c. Ita Salas vbi supra.

2. Verum tu ne discedas ab affirmativa sententia, quam tuerit Sancius in selectis, disp. 43. num. 9. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 6. num. 1. & Sanchez in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 32. num. 2. quia licet vñre possesse sua careat, & sic vñrum respectu eius possi-

deat, at pater possessionem sue potestatis dominatio habet ad irritanda vñrum, & ne independenter ab ipso ea vñrum emitantur. Ergo dum non constat de exemptione ab hoc dominio per lapsum ætatis, quia hoc durat, non est priuandus hac possessione, & ita haec sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Villalobos in summa tom. 1. tract. 1. difficult. 21. num. 5. vñl. sic ait. [El que duda si quando hizo el voto tenía ciator 2 años para la irritación de los votos, se ha de juzgar que no los tenía, y puede irritarlos el que podía no los teniendo porque el Padre está en posesión de derecho sobre la voluntad del hijo, y mientras ay duda non se le deve quitar.]

3. Notandum est etiam hic, supradictam doctrinam esse veram quoad tutores, & curatores, etiam in casu quo dubium sit circa tempus subiectionis; vt, v. g. si viror dubitet an ante matrimonium vñrum emisit an seruus, qui aliquando fuit liber, an tempore libertatis; & pupillus, qui aliquando caruit tutor, & minor, qui caruit aliquando curatore, an tempore suis iuris, an post subiectionem illi vñrum fecerint. Puto enim in his casibus possit supradictos irritare vñrum, & vñre non teneri illa post dictam irritationem admplere, durante subiectione,

4. Sed quid si dubium sit, an vñrum sit confirmatum ab impubere transacto subiectionis tempore, & nempe si vñrum sit personale, & dubitet an pubes haec vñrum confirmauerit? Respondeo quod tunc potest esse dubium de ipsa confirmatione, quia de nullo constat, aut potest de solo eius tempore dubitari, vt si constat confirmatum esse, at dubitatur an tempore impubertatis, vel potius tempore pubertatis: in utroque casu dico Superiorum posse vñrum irritare; & rationes horum omnium vñdebis apud Sanchez in supra, numer. 7. & 8. ex quo haec omnia despiciuntur.

RESOL. XLII.

Impubes ante 14. annum nondum completem vñrum regione ingredi, factio pubere moris pater, & legitimus curator ei constitutus, quaritur, vñrum posse curator vñrum illud irritare?

Et hoc idem dicendum sit de marre, ac de aliis curatoribus.

Et ex doctrina supradicta questionis inferitur, an Pater posset irritare vota filiorum ante pubertatem emissa, modo pubes post acquisitionem pubertatem, surafernit vota tempore impubertatis facta?

Et in dubio an ratiocinatio facta fuerit post pubertatem, presumendum sit vñrum non fuisse ratiocinatum? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 22.

§. 1. **N**egatiū responder Suarez de religione tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 25. Quia Curator datus est ad gubernationem minoris in bonorum administratione, non in persona, leg. in copulandis 9. Cod. de nupt. ibi. Nec Curatoris: qui solidum rei familiaris sustinet administrationem, cuius officium durat usque ad vigimum quintum annum completem, quo tempore finitur pubertas: sed irritare vota personaliter est actio spectans personam minoris, non eius bona. Ergo Curator haec potestate non gaudet. Item illa vota fuerint emissa sub conditione, si Patri placuerint, & illo defuncto si placuerint Tutori: non autem emissa fuerint sub conditione, si Curator placuerint: quia tempore quo fuerint emissa non erat debilius Curator: at tutoris officium cessat ob tenta pubertate. Ipsi. Quib. mod. tunc. finit. in princip. Ibi. Pupilli, pupillae cum puberes esse experint, à tunc liberauntur. Ergo celat in Tutori potestas ea vota irritandi: neque transit in Curato

De Voto, & Iuramento, &c. Resol. XLIII. 67

Curatorem: tum quia sub benefacito Curatoris non fuerunt emissa. Tum quia Curator non succedit Patri in gubernatione filij tempore impubertatis, sed pubertatis. Confirmatur haec opinio nam Sotus de infit. lib. 7. q. 3. art. 2. dub. vlt. Aragon. in 2. q. 88. art. 9. Alco-
cer in summa c. 16. corol. 5. & alij docent nec ipsum Patrem posse irritare vota filiorum impuberum post eorum pubertatem. Ergo à fortiori neque Curator tam
habet potestatem.

2. Verum his non obstantibus in facti contingencia affirmatiuum sententiam confilui, quam tacet Sanch. in summa tom. 1. lib. 4. c. 30. n. 5. & post illum nouissime Fagundez in Decalogum tom. 1. lib. 2. cap. 33. num. 22. Fragoso in Regim. Reipubl. Christian. tom. 1. lib. 6. disp. 16. n. 7. & Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 35. n. 7. Et ratio est, quia Pater potest irritare haec vota, & iuramenta respectu filij post pubertatem, ergo & curator, dum eius officium durat, id est, usque ad vigesim. quintum annum minoris completum: nam usque ad hoc tantummodo tempus durat officium curatoris, quia ut omnes Authores fatentur, curator respectu sui Minoris, vicem gerit Patris, & Patri succedit, illique aquiparatur in omnibus. Vnde si Pater potest, potest etiam ipse curator, dum curator est: nam ea vota semper manent imperfetta, ut prius erant ratione imperfecti iudicij, & pendentia à conditione: nisi Pater aut succedens Patri in potestate irritauerit. Nec refert, quod curator detur primarij ad rem familiarem minoris administrandas; non enim datur solummodo ad solas res minoris administrandas, sed datur primarij & principaliter ipsis rebus sustinendas, & administrandas: secundarij vero datur persona Minoris, ut illam etiam dirigit, & gubernet, vt late probanimus n. 20. & hoc sufficit, ut praedicti illius vota, & iuramenta irritare valeat, ut patet. Vnde patet responsio ad argumenta adducta in favore Patrius Suarez.

3. Et ita nostram sententiam praeceptor Doctores citatos, tenet etiam Castrus Palauus to. 3. tr. 1. 1. disp. 2. pun. 3. §. 3. n. 6. qui optimè notat n. 7. idem dicendum esse de Matre, & de aliis Curatoribus. At si hoc officium non exercet, tametsi nullus curator, vota impuberis post pubertatem non poterit irritare, quia Mater, quia Mater est, nulla filii puberis gubernatio conceditur, neque in ordine ad personam, neque in ordine ad bona.

4. Ex his inferetur à fortiori contra Sotum, Aragonium, & alios suprà citatos, posse Patrem irritare vota filiorum ante pubertatem emissa, & ita tenet Cassianus in 2. 2. q. 89. art. 5. Cœlestinus in compend. Theolog. Moral. tr. 5. c. 5. n. 6. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 14. part. 1. lib. 11. c. 17. q. 7. & alij penes ipsos. Quod tam
men intelligendum est, modo pubes post acquisitionem pubertatem non ratificaverit vota tempore impubertatis facta. Et in dubio an ratificatio facta fuerit post pubertatem, vel an filius ratificaverit votum, præsumendum est votum non fuisse ratificatum, vel ratificationem non fuisse factam post pubertatem, & consequenter Patrem posse huiusmodi vota irritare: quia consummatio est quid facti, factum autem non præsumunt nisi probetur.

RESOL. XLIII.

An tutores, & curatores, & etiam mater, possint vota, & iuramenta pupillorum in aetate impuberi emissa, post pubertatem postea irritare, dummodo post pubertatem non fuerint confirmata?

Ei queritur, quando, & quando dicantur confirmata? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Res. 14.

5.1. Suppono disserimen inter tutorem, & curatorem: nam tutor datus principaliter personæ, scilicet

cundarij vero datur rebus: at è contra curator datur i. in Ref. not. principaliter rebus, & secundarij persona. Deinde, tu seq.
tutor datur in aetate pupillari, id est, usque ad pubertatem, qua completa cessat statim: curator datur puberibus, duratque toto minoris aetatis tempore, nempe usque ad vigesimum quintum annum completum, iuxta ius commune, & iuxta nostrum, usque ad vigesimum completum, quo tempore finito cessat curator.

2. Hoc supposito, afferant multi, quoad tutorem, sup. hoc & posse supradicta vota pupillorum irritare. Ita expressè prima diff. Angelus verb. Votum, 2. n. 1c. Emanuel Sa verb. Votum, tituli huius res. in præ-
vbi de voti irritatione, num. 5. & Trullench. in Decal.

tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 35. n. 2. vbi sic citat: [Tutor utriusque sexus, etiam mater, potest omnia vota realia, & personalia, & mixta impuberis irritare, eodem modo, quo pater. Ita communiter QD. qui quoad hoc eodem modo loquuntur de patre, ac de tutore: militar enim eadem ratio in patre, & tutore. Nam tutor gerit vices patris, ad consilendum inbecillitati intellectus impuberum, ne imprudenter votis se adstringant. Poterit etiam tutor vota impuberis irritare, sicut pater, transacta im-
puberitate, si postea non ex confirmavit pubes.] Ita ille.
Et ratio est: quia quoad omnia vota impuberum, illo-
rumque personas, gerunt tutor, & curator vicem patris,
& rerum gubernationem in omnibus respectu pupillorum: ergo, quod de patre respectu filij impuberis dictum manet, dicendum quoque est de tutori, & cu-
ratore respectu suorum minorum, & pupillorum. Et hanc sententiam docet etiam Lessius lib. 2. q. 9. dub. 14. n. 82.

3. Contraria tamen sententiam tenet Sanchez in Summa tom. 1. lib. 4. c. 30. n. 15. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. c. 6. n. 24. & 25. & alij. Et ratio est: quia eo ipso, quod pupillus fit pubes, definit tutor esse tutor, & incipit esse tantum curator, cui non persona, sed bona tantum pupilli subiectiuntur: amissio autem tutoris officio amittitur potestas irritandi vota, & iuramenta fa-
cta, etiam in impubertate, seu ante quartumdecimum annum in masculis, in feminis vero ante duodecimum: pater autem, etiam post pubertatem, non definit esse pater. Nec refert, quod amissio tutoris officio adhuc maneat illius persona, quia vota, & iuramenta non pendent à tutoris persona, sed ab officio, alias irritandi potestas non transiret ad tutorem sequentem, si intra impubertatis annos alter tutor daretur pupillo, remo-
to priori tute ab officio tutoris. Cum ergo statim adepta pubertate à pupillo expireret prout officium tutoris, & maneat ipse tutor persona priuata, expirabit quoque conditio ab eo officio pendens, & potestas ir-
ritandi.

4. Si vero loquamur de curatore dato minori post pubertatem, sive idem sit, qui prius erat tutor, sive alius, quidam existimat, non posse huiusmodi curatorem irritare vota, & iuramenta personalia, ut castitatis, Reli-
gionis, peregrinationis, &c. facta ab impubere, tēpore, quo ipse erat subiectus patri, vel tutori, quamvis nec ab ipso esset post pubertatem ratificata, neque à patre, vel tute, vel ante, vel post pubertatem confirmata: quia ad curatorem tantum pertinet administratio, & gubernatio rei familiarii pupilli, non gubernatio per-
sonæ: curator enim non persona, sed rebus datur. I. In copulando. 9. C. de nuptiis. Et ita curator vota personalia sui minoris irritare nequibit, poterit tamen irritare vota illius realia. Et ita docet Suarez, tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 6. num. 24. & 25. quem citat, sed non sequitur Sanchez, tom. 2. Decalogi. lib. 4. c. 30. n. 15.

5. Alij, & melius, existimat, posse ipsum curatorem, non solum huiusmodi vota, & iuramenta realia, sed etiam personalia suorum minorum irritare: ita docet expressè Sanchez modus allegatus, & docet etiam Syl-
uester verb. Votum, 4. quest. 2. dicto 6. Et ratio est: quia pater potest irritare haec vota, & iuramenta respectu

F 4 filij